

& credentes fecit. ipse tulit peccata mundi quando re-
 missionem peccatorum nobis dedit. quia ante passio-
 nem eius iusti & peccatores in infernum descenderunt.
 & in ueteri testamento remissionem peccatorum nusquam
 legimus. Xps uero p penitentiam n solum ueniam pecca-
 torum sed etiam gaudium nob p misit angelicu dicens.
 Gaudium erit coram angelis di sup uno peccatore peni-
 tentia agente. ipsum xpm qui est agnus di innocens
 qui passus est p salute mundi. petimus ut misereatur nri
 dicentes. Misereere nob. Nam & agnus in ueteri testa-
 mento p peccatis populi offerebatur. Et in nouo tes-
 tamento xps semet ipsum obtulit do patri. ut genus
 humanum p passionem suam liberaret a peccato. &
 ideo agnus di tunc canitur quando corpus & sanguis
 dni p cipitur. ut omnes credamus quia ipsius agni
 corpus & sanguis. tunc sumitur. qui peccata mundi
 tulit moriendo & uitam aeternam nobis donauit
 resurgendo. ihu xps dñs nr qui cum patre in unita-
 te sps sci uiuit & regnat ds p omnia seta setoru am.
 & post finitam missam dicit diaconus ad populum.
 ite missa est. diaconus grece. minister latine dr.
 ille nuntiat populo quod finite sunt preces. quia
 nullus ante exire debet de ecclesia qua nuntiatu sit de
 ministro. & omis respondeant. do GRATIAS AGO.

FINIUM EST EXPOSITIO

ITERUM INCIPI EXPOSITIO DE